

VICTVS ET

CVLTVS RATIO, EX

posita quatuor in singulos

menses versibus, Per Ioan

chimum Camera

rium.

I ANVARIVS.

Mēsis amat tepido iani decurrere victu,

Et refici grato sæpe liquore iubet.

Vena tibi nullos exudet secta cruores,

Sed calida fas est mergere corp⁹ aqua,

FEBRVARIVS.

Februa olus, volucresq̃ue cibis odere pa-

lustrēs,

neq̃ue inertifica febre timenda solēt.

Pharmaca tunc hauri, tunc scinde in pol-

lice venanē,

Et calido multum flumine mēbra foue.

MARTIVS.

(get,

Martius humores & terræ & corporis aī

Tunc ratio est puri magna tenēda cibi.

Dulcia tūm prosunt acri condita sapore,

Pharmaca nō prosunt, venā aperire nō

APRILIS.

(cet.

Frigore vim lēte reuocat telluris Aprilis.

Tunc etiā est tenuis perq̃; forata cutis.

Tunc intus sunt aucta magis, suntq̃; om-

nia plena:

soluere se venter, vena aperire iubet.

As 6

MA

M A I V S.

Omnia iam florent, iā formosissimus an-
nus,

Iamq; sibi cuncti mollius esse volunt.
Balnea nunc cole, nūc sit pharmaca sume
re cura,

Et tibi nunc misso sanguine vena fluat.

I V N I V S.

Iuni & gaudet gelidis, et pascitur herbis
Viuifico humori tunc inimica fuge.

Letitia & recreet tūc mentē blanda vo-
luptas,

Affligat corpus nec medicina tuum.

I V L I V S.

Aëris ignifluos intendit Iulius aestus,
Hoc breuior somno tēpore dāda quies.

Balnea vitentur, nec venā tangere ferro,
Nec dominae petulās accubuisse velis.

A V G V S T V S.

Ipsē etiam Augustus somnum restringit
& escas,

Et Veneris cupidos gaudia ferre vetat.
Pharmaca nemo bibat, laceret neq; corpo-
ra ferro,

Nec gelidas intra delicietur aquas.

S E P T E M B E R.

Poma dat & gratos September ab arbo
re fructus,

Tunc etiam pressō pascere lacte capre.
Phar-

*Pharmaca nil prohibet tūc sumere, scinde
re venam,*

Nec tuus externū vitet aroma tibus.

OCTOBER.

Octobri offertur venatio, vina, volucres:

Vtere, nec dubites non tenuisse modū.

*Sic tamen ut ne oneres nimio præcordia
victu,*

Cūq; modo studeas nō tenuisse modū.

NOVEMBER.

Esse salutaris perhibetur mulsæ Novēbri,

Gingiber & dulci fissile melle natans.

*Tū neq; sæpe laues, Veneris neq; sacra fre
quentes,*

Ante senex tempus ne videre suum.

DECEMBER.

Iuxta mense focū calidis vitare Decēbri,

Tunc iaceāt mēsis gramina nulla tui.

Incidas capitis defensi à frigore venenā,

Cinnamēoq; tuus fragret odore calix.

LOCIALIQ VOT DE MO

deratione cibi & potus, item

somni & vigiliarum.

1. Modus organorum hortatur ad
temperantiam. Cum enim immodicè
onerantur, non potest coctio perfici.
Et vitia primæ coctionis deinde non
possunt corrigi in alijs coctionibus.
Quare cibo immodico ingesto, cum

Aa 7

fit